

¶ Epistola vniuersitatis Parisiensis in fauorem et laudem maximam atque extollentiam sane ac inuicissimè doctrine sancti doctoris Thome Aquinatis. quod nil sensisse. nil docuisse. nil denique scripsisse reperit quod veritati vel bonis moribus aduersetur. quapropter nomen eius splendidissimum per orbem terre longe lateque predicatur. usque adeo quod a nonnullis doctoribus appellatur Incipit feliciter

¶ Aueris presentes litteras inspecturus Stephanus pmissio diuina Parisiensis episcopus. salutem in omni saluatore Magistra rex. experientia certis indicijis euidenter demonstrat. multa quibusdam temporibus ordinata consilii. nouis emergentibus causis succedentibus temporibus. in prout debere consilii inuari. Budu siquidem memorie felices quidam predecessores nostri Parisiensis episcopi quosdam articulos. ne forsitan eos male intelligentes caderent in errorem tanquam erroneos per excommunicationis sententiam damnauerunt et interdixerunt expressis. Quorum tamen nonnulli doctrinam eximij doctoris beati Thome de Aquino de ordine fratrum predicatorum tangere ab alijs asserunt. Quia articulo. et sententiarum promulgatorem venerabiles viri decanum et capitulum ecclesie domine nostre sicut veritatis zelatores inuicissimè perfideantes. nec non doctrine ac fame beati Thome predicti iniustam denigratorem. veritatis occultatorem et sancte romane ecclesie aliqualem dehonorationem per venerabile virum magistrum Ambaldum decanum atrabarentem archidiaconum sacre theologie doctorem et dominum Petrum defagello Parisiensem canonicum. eorum propter hoc nuncios ad nos speciales destinatos. nos requisierunt. nobisque supplicauerunt. quatenus vocatis omnibus sacre theologie doctoribus. ac cum eis de cōcilio consilio et deliberatione habita diligenti et cum alijs etiam quod de talibus et in talibus prout. veritatis viam aperiremus per quam in predictis articulis in quibus doctrina beati Thome predicti et doctoris egregij tangere prout. et sancte romane ecclesie ac sancti predicti et doctoris venerabilis honorem et reuerentiam seruaremus. Nos igitur attendentes cum eis quod sacrosancta Romana ecclesia mater omnium fidelium et magistra fidei et veritatis in firmissima Petri christi vicarij professione fundata ad quam velut vltimam regulam catholice veritatis prout approbatio doctrinarum. declaratio dubiorum. determinatio tenendorum. et profuturorum. prefatum doctorem eximium et venerabile cuius doctrina fulget ecclesia. ut sole et luna in sanctorum professorum cathologo ascribendum decreuit. diligenti discussione et examinatione habita super vita sancta et doctrina clara ipsius ipsumque quod ad vitam puram et doctrinam salutarem omnibus terre dignum et commendabile predicauit. Cupientes igitur gloriosum deum in sanctis suis apud fidelium deuotionem in terris gloriosius exaltari ac sacratissime matris nostre predicte desiderantes vestigia sancta imitari. dictumque professorem et doctorem gloriosum feliciter in celis regnantem apud terrigenas deuotius et celebrius honorari. prout cum fuerit vniuersalis ecclesie lumen perfulgidum. gemma radians clericorum. fons doctorum vniuersitatis nostre Parisiensis speculum clarissimum et candelabrum insigne ac lucens per quod omnes quod vias vite et scolae doctrine sane ingrediuntur lumen vident claritate vite. fame clare. et scire lucide vest

lut stella splendida et matutina refulgens. per venerabiles ac dilectos filios nostros fideles magistros Hugonem de Bisontio cantorem Parisiensem. magistrum Stephanum de noua villa. et dominum Oddonem de senonis canonicum Parisiensem in questione facta super dictis articulis apud doctores theologie veritatis in eorum congregatione generali regentium et non regentium secularium et regularium ad hec specialiter conuocata. coperto per dei gratiam dictum professorem beatum et doctorem egregium nil sensisse. docuisse seu scripsisse. quod sane fidei vel bonis moribus aduersetur De consilio venerabilium virorum decanum et capitulum Parisiensis. et venerabilis patris domini Gulielmi dei gratia viennensis archiepiscopi sacre theologie professoris. et aliorum virginum et trium magistrorum in theologia. vna cum reuerendo parte supradicto in litteris cum eorum sigillis per prefatos commissarios nobis missos. nec non et triginta nouem bachelariorum in theologia super hec per litteras eorum papirij subscriptis et sigillis munitis super consilium rogantium humiliter et deuote et aliorum discretorum solenniter maturo consilio super hoc habito Supradictum articulo per condemnationem et excommunicationis sententiam quantum tangunt vel tangere asserunt sanam doctrinam sancti Thome predicti et doctoris eximij ex certa scientia tenore presentium totaliter annullamus. In cuius confirmationis testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum apud Bertiliacum anno domini. MCC. CCC. die iouis ante sacros cineres.

Finis

Si sint palladie mortalia dona corone
Et regale decus quod statuere viri
Debet Thome. nam clarus et arte domos
Sed tamē hec meritis cuncta minora suis
Datus habet celum. testat Juppiter ipse
Phebus et astrinago casta Diana polo
Dons simul iste tuus semper frondentis olivae
Laudibus altisonis sidera celsa ferit
Agrippina nouas cui suffert machina frondes
Semina doctrine plantat alitque tue
Semp ut antiqua ne ignorēt germina matre
Dons petit et priscos vera pro pagoviros

Ad laudem Thome
Aquinatis hec cecinit

.H.

LANDES-
BIBLIOTHEK
DUSSELDORF